



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Winwalocvs Abbas. Gandaui in monte Blandinio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

WINWALOCVS ABBAS.

Gandau in monte Blandinio.

Floruit temporibus S. Patricij Hiberniae Apostoli. *3. Mart.*
 Eius lipsana sœuientibus per Britanniam Norman-
 nis, primùm in Galliam & inde Ganduum ad Blandi-
 niense S. Petri Coenobium sunt aucta, cuius translatio-
 nis ibidem annua fit commemoratio Kal. Augusti. Disci-
 pulum habuit S. Etbinum Diaconum, cuius festum inci-
 dit in diem 19. Octobris. Claruit autem inter Britannos,
 ait Molanus ex monumentis Blandiniensibus & historia
 Londini excusa, sanctitate multâ & in digito Dei non
 pauca patrauit miracula; vnde nomen eius adhuc viuen-
 tis in tota Britannia celebrè erat, & velut Angelus Dei ab
 hominibus honorabatur. Plura vide apud eundem & Su-
 rium.

ZEGHERVS INSVLENSIS.

Fuit Zegherus Ordinis Prædicatorum, & quanquam *1. Aug.*
 insulis Fladrorum natum esse non constet, ea tamen
 in vrbe commoratum legimus in qua vicinisque Flandriæ
 opidis concionibus habendis & hominibus ad meliorem
 vitam reuocandis insignem natuuit operam, eoque in
 numero vere Apostolico cùm alios plures cælestibus mo-
 nitis vitæ huius oblectamenta contemnere vniue Deo
 adhærere velut B. Matthæus Iphigeniam ita vt Margare-
 tam Irensem Deo consecravit, cum eum Ipris aliquando
 peractâ concione in templo pro illius populi salute Deum
 precaretur in promiscua virorum mulierumque turba
 Margaretam vidit puellam hactenus ei incognitam ad
 mundi